



## Formulare instrumento[rum]

Köln, 28. Januar 1502

Co[n]sti. p[ro]cura. ad p[ro]seque[n]du[m] expectatiua[m] in forma  
pauperu[m]

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70749](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70749)

## Folium XXXV.

huiusmodi forsan fuerit seu fuerint canonicatus et prebenda se in canonicum recipere et in fratre stallumque sibi in choro et locum in capitulo dicte ecclesie cum plenitudine iurisdictionis assignari petendum et obtinendum iuratum quod nomine quo supra de observandis statutis et consuetudinibus ecclesie vel ecclesiarum in qua seu quibus beneficium seu beneficia huiusmodi forsan fuerit seu fuerint et quilibet alia licita iuramenta per suos in beneficio seu beneficiis huiusmodi precessores in eorum receptio prebenda solita in aiam ipsius domini constituedis prebenda sequens nomine quo supra in et ad corporalem realem et actualem possessionem beneficij seu beneficiorum iuriumque et pertinentiarum predictorum poni et induci ac inductus defendi et ad illud vel illa ut moris admitti petendum. necnon beneficium seu beneficia huiusmodi sui exigentiam in spiritualibus et temporalibus regendum et gubernandum regisque et gubernari faciendum. fructus quoque redditus et proventus etc. ut in precedenti.

### ¶ Constitutio procuratorum ad prosequendum expectatiuam in forma pauperum

**I**n nomine domini Amen. Specialiter et expresse ad ipsius domini constituentis nomine et pro eo prosequendum suam gratiam expectatiuam sibi prefatum dominum. N. papam in forma pauperum gratiose factam de vno beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura etc. usque ad collationem vel provisionem Reverendissimi in christo patris et domini domini archiepiscopi. n. in litteris apostolicis super huiusmodi gratia prefatis plenius continetur. Litterasque ipsas et processus earum vigore habitas et habendos prefato domino archiepiscopo. N. ac executoribus in dictis litteris et processibus deputatis et deputandis. oibus alijs quoque interest intererit seu interesse poterit quolibet in futurum presentem etiam in intimandum insinuandum et notificandum. preterquam intimari insinuari et notificari petendum ac eos et eorum quilibet monendum et requirendum. moris et requiri faciendum sub sententijs censuris et penis in dictis litteris et processibus contentis ut ad executionem dictarum litterarum et processuum huiusmodi iuxta eorum vim formam pertinentiam et tenorem procedant seu alter eorum procedat necnon beneficium huiusmodi cum vacaverit ad collationem dicti domini archiepiscopi. N. penens prefato domino constituenti. N. de iure vigore dicte sue gratie debitum seu delendum cum protestationibus in talibus fieri solitis et consuetis acceptandum. illudque post acceptationem huiusmodi cum omnibus iuribus et pertinentijs suis prefato domino constituenti preferri et assignari ac de eo provisionem sequens nomine quo supra in et ad corporalem realem et actualem possessionem beneficij iuriumque et pertinentiarum predictorum poni et induci ac inductum defendi. et ad illud ut moris eadem admitti petendum faciendum et obtinendum. acceptationemque et provisionem predictas in loco beneficij huiusmodi et alibi ubi expectatio fuerit publicandum intimandum insinuandum et notificandum. necnon beneficium huiusmodi in spiritualibus et temporalibus regendum et gubernandum regisque et gubernari ac in diuinis debite deseruiri faciendum. fructus quoque redditus et proventus etc.

### ¶ Constitutio procuratorum ad capiendum possessionem canonicam et prebende vacante auctoritate apostolica collata